

1414·1421 : THE WILL OF AGNESINA POLO ≠ MARCO POLO  
88. Will of Agnexina Polo 3 April 1414.

*Will* (paper. 302 × 215 mm.):

Mccccxiiij mensis aprilis die iij Indicione vij Riualti. Diuine &ct. Quapropter ego agnexina uxor nobilis viri domini marci paulo de confinio sancti Johanis crisostomi . . . constituo & esse uollo meos fidei commissarios videlicet nobilem uirum dominum donatum zustiniano meum patrem dilectum. et meos fratres omnes qui reperientur ad meam mortem etatis annorum decem et octo . . . Imprimis quidem dimitto ducatos ducentos monete imprestitorum. quos michi dimissit prouidus uir ser nicholaus quatraro olim meus socer suprascripto domino donato Justiniano meo patri pro anima mea & pro anima suprascripti ser nicholay quatraro olim soceri mei. post uero mortem mei patris ipsos ducatos ducentos imprestitorum uollo deuenire in meos fratres equaliter qui condescenderunt ex matre mea. . . . Residuum uero . . . dimitto omnibus meis fratribus equaliter . . . In casu uero quod ad mortem meam haberem heredes tunc uollo quod omnia mea bona mobilia & immobilia sint & esse debeant meorum heredum tam masculorum quam feminarum . . . Item uollo quod si ad mortem meam haberem heredes quod meus uir suprascriptus dominus marcus paulo sit meus commissarius simul cum aliis meis commissariis suprascriptis . . .

*Endorsement:* Testamentum nobilis domine. d. agnesine uxoris nobilis viri domini marci paulo de confinio sancti Johanis crisostomi . . . & hoc in 1414 mensis aprilis die 3 Indicione 7 Riualti.

(Archivio di Stato. Testamenti b. 622, Notary Gio. Burghi—one of a lot of several hundred loose wills not numbered or arranged.)

89. Deed of Gift 13 June 1414. (S. Geremia)

Donacio facta per dominam annam polo bartholomeo polo eius nepoti  
M°ccccxiiij mensis Junij die xiiij Indicione viij<sup>a</sup> Intrans Riualti/ . . . Ego Anna relicta viri nobilis domini nicolaj polo de confinio sancti yeremie amore materno licet sim aua, Manifestum facio cum meis successoribus quia in dei & xristi nomine do dono atque transacto tibi bartholomeo polo dileto nepoti meo filio condam viri nobilis ser hermolai polo condam filij mei de eodem confinio sancti yeremie & tuis heredibus ex nunc ducatos quadrigentos auri boni & justis ponderis qui sint pro solucione vnus possessionis posite in confinio predicto sancti yeremie empte per ser petrum de agrestis de dicto confinio sancti yeremie a dominis procuratoribus de citra canale commissariis condam ser clementis polo pro ducatis quadrigentis auri super quam vendicionem ipsius proprietatis jure propinquitatis tu presentasti pro habendo dictam proprietatem/ Que proprietas est Cuncta & super